





I 298
289

I-289

Tractatus exquisitissimus de magicis artibus et
 magorum maleficis per sacre scientie parisiens̄ do
 ctorem Magistrum bernardum Balin Canonicum
 Cesaraugustanens̄ i suis vesperis compilatus Anno
 a natali christiano Millesimo, cccc. lxxxii.

Dom vos in audiēdis magicę artis discē
 ptationibz attentissimos conspicio et rei
 magnitudinē meis oculis subicio. Illu
 strissime ac reuerendissime domine purpurati cetus
 particeps et sacri consilii membrum. spectabilis re
 ctor. sacre milicie duces. prouidices incorrupti. auro
 ti milites. et vos sacratissimi dei studii expositores
 a quibus abditissima queqz doctrinarum omnium in
 telliguntur. Non mediocri molestia afficioz propter
 ea q̄ id onus ad me delatum itelligo quod vel ad
 plures doctissimos et eloquatissimos viros impar
 titum impar eorum viribus videre. presertim hoc in lo
 co celeberrimo apud celestium artium preceptores q̄b̄
 de rebus magnis et grauibz iudicandi datur facul
 tas. Itaqz vereor cum non videam quid tanto cōspe
 ctui dignum: aut elegantia dicēdi: aut sententiaruz
 grauitate a me possit afferi satis ne michi paruz
 hac in re consuluisse iudicetis. verum quia in hoc est
 mea omnis disposita viuendi ratio vt nichil esse du
 cam magis meum q̄ iussis parere maiorum eapro
 pter respondere dignum duxi ad questionem quam
 proposuit sacre scientie sumus interpret grauitatis
 et cōsili custos. cuius eloquio (vt audire potuistis) et
 sapientia 7 vetustissimarū gentiū memoria coniuncta
 est. protestari tamen primum necesse est nil pertinasciē
 a. i.



me dicere: aut defendere velle: quod sacro sancte re-
pugnet ecclesie, aut doctoribus per eam appro-
batis: seu articulis parisijs cõdempnatis. pauca tñ
p̄babiliter me adducturũ: gratia conferentie habende
de cũ prestantissimis cõmilitonibus meis. Et quia
disceptationi locus est: non orationem: pro questione
p̄posita. vtrum christi doctrina fideles om̄es ama-
gorum maleficis purgentur.

Notandum primo q̄ magus vocabulũ est perficũ
id denotãt quod apud grecos phũs. 7 apud latinof
sapiens dicitur. hos galli dryidas vocauerẽ. Unde
plinius libro. xvi. naturalis historie in fine. Nichil in
quit hñt dryide. Ita eni galli suos apellant magos.
Aegyptiũ in ea significatione qua nos sacerdotes 7
greci p̄phetas dixerẽ. Indi gymnosophistas greco
vocabulo: 7 sna interpretatiõẽ vocabant. Babilonii
nec non 7 assiri suos magos seu sapiẽtes chaldeos
vocauerẽ. Itaq; laercio teste magi apud p̄sas deoz
cultui maxime insistant: preces illis ac vota 7 sacri-
ficia offerunt. de deoz substãcia 7 generatione disse-
runt. cultum 7 vsũ auri interdiciunt. Post hec tractu
temporis hui tãtũmodo magi dicti sunt: qui ob faci-
nozorũ magnitudinẽ vulgo malefici appellantur.

Notandũ secũdo.

Q̄ ars magica. vt placet plinio libro. xxx. natu-
ralis historie ab ipso zoroastre (vt omnes auctores
cõueniunt) i perlide ortũ haquit. que (vt ait) fraudu-
lentissima artium in toto terraz orbe plurimis secu-
lis valuit. 7 subdit. Auctoritatẽ et maxiam fuisse ne-
mo miretur: q̄ sola artium tres alias imperiosissimas
hũane m̄tis p̄plexa/ in vnã se redegit. Natã primo

emedicia nemo dubitauit. hãc specie salutarĩ irrep̄si-
sse velut altiorẽ sanctiorẽq; q̄ medicinã. ita desiderata
tissimis blandissimisq; p̄missis addidisse vires religio-
nis: ad quã maxie alligat hũanũ genus: atq; vt hoc
quoq; suggererit. miscuisse artes mathẽaticas: nul-
lo nõ auido futura de sese sciendi: atq; ea ecclõ verif
sime peti credẽti. Ita possessio hominũ sensib; tripli-
ci vinculo in tantũ fastigiũ adoleuit: vt hodie ecclã in
magna pte gentiũ p̄ualeat. De isto zoroastre dicit so-
lur; q̄ risit qũ nascebat. 7 dicit aug; q̄ ille risus qz
mostruosus fuit (risit eni qũ plorare debuit/ ut plo-
rãt ceteri) nichil boni portẽdit: qd̄ patuit. qz iuentoz
artis magice fuit. sed sua ars magica ad infelicẽ ter-
minũ sicut 7 ceteros magos duxit. quomã in p̄elio
nimis rex assiriorũ eũ superauit. et demũ icu fulgu-
ris occubuit: nõ obstante q̄ magus et astrolog; ma-
ximus esset. vnde zoroastres viuẽs astrũ dicitur. po-
stea vero democritus et orpheus magicã ampliaue-
runt. Hui notatis sit prima p̄positio talis

Prima p̄positio.

Multa per artẽ magicã in prestigis 7 maleficiis
possunt ostendẽ et fieri: que aspicientibus et causam
ignorãtib; vidẽt mira. Probat primo p̄ augustinũ
li. xviii. de ci. dei. Cũ essemus inquit in italia audiu-
mus quasdã mulieres ibutas magicis artibus dato
caseo statim hoies i iumẽta puertisse. q̄vt alia iumẽta
necessaria queq; portabãt: et finita opera: iterum ho-
mines ab illis restitui. quib; (vt ait) mens semp hu-
mana conseruata fuit. Apuleius etiã platonice secte
philosophus scripsit se in asinũ apõ thessalã venefi-
cia cui; dã mulieris (dũ p̄ magicã fieri aus conare

tur) puerſu fuiſſe, ⁊ tractu tēporis i hoīem reſtitutū
plini⁹ / ſeneca ⁊ cicero certiffime aſſirmāt meſſes in
varios agros magozꝝ preſtigis traduci poſſe. Unde
ouidius. Carmie leſa ceres ſterilem vanefcit in her
bam. ⁊ virgilius in bucolicis egloga. octaua.
Atqꝫ ſatas alio vidi traducere meſſes. Medea quo
qꝫ apud ouidiū libro metamorꝫhoſcos ſeptimo ex
hac arte mirabilioza patraſſe narrat. Cum uolui ri
pis ipſis mirātibus amnes i fontes rediere ſuos. cō
cuſſa qꝫ liſto. ſtancia concutio. cātū freta nubila pel
lo. Ex hīs et plurimis experientis quas breuitatis
gratia miſſas facio patet veritas propoſitionis

Secunda propoſitio.

Sicut mira multa per artē magicam facta corpo
ribus celeſtibus minime ſunt aſcribenda: ita nec vir
tutū intellectus hominis artibus magicis vtentis.
Probatio prime partis qꝫ impoſſibile eſt qꝫ effectus
qui ſunt propꝫ nature intellectualis ex virtute cele
ſtis corporis cauſet. Nā ppꝫia opatio cuiuslibꝫ rei
ſequitur propꝫiam naturam eius. conſtat autem qꝫ
locutio eſt actus nature rationalis. in operibus aut
magozꝝ aliqui colloquentes hominibus ⁊ reſpō
ſa dantes de diuerſis negociis expreſſe audiuntur.
qꝫ impoſſibile eſt qꝫ huiusmodi effectus artis magice
cauſentur vniuerſaliter ex virtute corporis celeſtis
Nec poteſt dici qꝫ huiusmodi locutiones que audiūt
in operibus magozꝝ non ſunt ſecundum ſenſum
exteriorē ſed ſolum ymaginarie et fantaſtice:
quia huiusmodi locutiones indifferēter audiuntur
ab omnibus circūſtantibus. hoc autē eſſe nō poſſet
ſi ſolū fieret ſecundū magozꝝ quibꝫ reſponſa dātur

imaginationes. nā ea que ſunt intrinſec⁹ in imagi
natione vnius nō percipiūtur ſenſibiliter extrinſec⁹
ab aliis. Igitur prima pars vera. Secunda pars
probatur. primo quidē quia cū virt⁹ ſequat⁹ eſſenciā
rei: diuerſitas vel idēptitas virtutis: diuerſitatem
vel idēptatē indicat eſſentialiū pꝫicipioꝝ. Intellect⁹
autē coiter hoīm talis pꝫitōis mucitur: qꝫ eius cog
nitio ex rebus ſenſibilibꝫ cauſat⁹ magis qꝫ poſſit ſua
cōceptiōe reſenſibiles cauſare vel imutare. Si ergo
ſint aliqui hoīes: qui pꝫceptōe intellectus ſui poſſint
vtute ppꝫia reſ naturales trāſmutare: erūt alteri⁹
ſpeciei ab aliis hoībꝫ. ⁊ dicent⁹ equoꝫe hoīes cum
eis. quod pꝫtat eſſe abſurdū. igit⁹ impoſſibile eſt qꝫ vir
tute intellectus hoīs arte magica vtentis efficiātur
operatōnes artis magice. Probatur etiā iſta ſecūda
pars quia virtus agendi ſeu faciendi nō adquiritur
per diſciplinā ſed ſolū cognitio faciēdi. videm⁹ autē
qꝫ per diſciplinā aliqui hoīes peſtiferi adquirūt / qꝫ
huiusmodi effectus magicos efficiāt. Non igit⁹ eſt in
eis virtus realis aliqua per quā huiusmodi effect⁹
magicos efficiant. ſed ſolū cognitio vel notitia in li
bris dānatis acquiſita. igit⁹ ſcōda pars ppꝫis vera.

Tercia propoſitio.

Artificialia quibus magi vtūtur ad beniuolentiā
odium / vindictā / ſeu ſecretoꝝ noticiā / aut ad alices
quoscuqꝫ effectus artis magice virtutē in ſe nullam
habent ex celo nec aliūde. Probatio. quia figura ſe
cundū ſui rationē abſtrahit ab omni materia ſen
ſibili cū ſit quoddā mathematicū. Sed talia mathe
matica nullius actionis naturalis poſſūt eſſe pꝫic
ipꝫa cū nō ſint actiua nec paſſiua. igit⁹ ppꝫoſitio vera

Item hmoi figure vel imagines quibz magi vtutē nō sunt effect⁹ corpoꝝ celestiu: s; potius hois p̄ artem illā opantis. ergo opa artis magice que fiunt cum hmoi artificialibz nō sunt effect⁹ corpoꝝ celestium. Nec dici potest: q̄ sicut corpa naturalia subdunt celestibz corpibus: ita 7 corpa artificialia: 7 ideo sicut corpa naturalia forciunt quosdā virtutes occultas p̄ntes spēm (sicut q̄ magnes atrahit ferrū) ita 7 corpa artificialia sub certa p̄stellatōe fabricata forciunt virtutē occultā a corpibz celestibz: ad aliquos effectus p̄ducēdos (que videt̄ potissima ratio astro nomoz) qz nō videt̄ simile de istis 7 de aliis corpibz. Nam virtutes naturales corpoꝝ naturaliu p̄sequunt̄ formas naturales eoz. quas quidē formas forciunt ex imp̄ssione corpoꝝ supioꝝ: 7 ex eozdem corpoꝝ imp̄ssione forciunt quosdā virtutes actiuas spēm p̄ntes. S; forme corpoꝝ artificialiu nō sunt effect⁹ corpoꝝ celestiu. sed p̄cedūt ex p̄ceptōe artificis: eas in materiā inducētis. Igit̄ ex imp̄ssione corpoꝝ supioꝝ nullā proxius vtutē actiuā inquantū sunt artificialia forciunt.

Quarta ppō.

Ex hac tertia ppōe iferē quarta. Q; sicut imago leōis sculpta i signo leōis neminē apassioē renūvūq̄ liberavit: nec virgili magi musca enea ab vrbe nea poli veras muscas fugavit: sic nec p̄ imaginē aliam aut sculpturā, circulū, anulū, sigillū seu figurā imitantē hoim aut brutoꝝ corpa: imobilitantē vel fugant̄ aiancia: nec reserant̄ hostia. p; ppō ex supradictis. Et adhuc aliter p̄bat. qz vel talibz ē imp̄ssa virtus vel forma a supioꝝ agēte: sicut luna illuminat̄ a sole p̄ hūmē receptū. vel hoc fit p̄ solā motionē supioꝝ agētis absq; forma aliq̄ seu vtute eis inherēte ad agendū. sicut aq̄ maris fluit 7 refluit p̄ motionē corpoꝝ celestis. Nō primū. qz cū opatio q̄ p̄sequit̄ for

nā imp̄ssam omninē i veniatur i oibz indiuidio que sūt eundē sp̄ci. sequet̄ q̄ oia artificialia eiusdē sp̄ci/ vel figure ingnē artificialiū silēs 7 p̄formes hēret̄ actiōes. qd̄ falsū ē. Nec secūdū dici potet. qz cū opatō q̄ p̄sequit̄ solā motōes supioꝝ agētis nō sp̄ueniat rebus motis: sicut nō sp̄ oceanū fluit 7 refluit: seq̄ ref̄ q̄ hmoi artificialia nō hēnt actōes nisi solū durate p̄stellatōe sub q̄ sūt fabricata. cui⁹ p̄trariū asseritur ab exptis. igit̄ ppō vera.

Quinta ppō

Incātatores carminū violētia nō ificiūt aut sanāt hoies. nec icātatiōibz cogūt de latibz exire serpētes: cū vba eoz scripta seu plata dese/ obfuita etiā p̄stellatōe: talia/ aut eis silia nequaq̄ possit efficere. p̄bat p̄rio ratōe. qz ars nō p̄ducit māciā i q̄ opatur artifex: s; ea p̄suppolita sup̄ inducit formā: vba aut̄ hūana hnt materiā: fonces sc; ab ore hois sc̄sibilē. p̄latos. significatiōē vero q̄si formā hnt ab intellectu unde ad hoc dat⁹ ē fimo scdm̄ ph̄met̄ p̄sto sit nobis mutue volūtatis indicia. Igit̄ sicut artificialia i q̄tū hmoi nō hnt efficacitā ad deteriatos effect⁹ artis magice p̄ducēdos ex vtute corpoꝝ celestiu: ita pari rōe nec vba icātatoꝝ quātūcūq; t̄pibz electis sint scripta: aut ex itētioē 7 desiderio aīe rōnalis formata. Idē hēt̄ xxvi. q. vii. admoneāt fideles. vbi hēt̄ q̄ magice artes incātatōeasq; ifirmitatibz hoiz nichil p̄nt remediū p̄ferre. s; hoc esse laq̄os atiq̄ hostis. Nec quēq; mouere debz glo. sup̄ illud. ps̄. sicut aspidis surde obturātis aures suas. asp̄is iquit̄ ne vocē i cātatoꝝ audiat vnā aurē ponit in t̄ra: alēaz claudit cauda. ac si timeat q̄ vt̄ vboꝝ icātātis ad se p̄ueniat. nō enī hoc facit asp̄is ex eo q̄ verba incātātis itelligat (vt dicit aug⁹) s; qz i platōe verboꝝ sēt̄ i se quādā imutōes: quā naturali istictu refugiēt (sicut oē aīal̄ nat̄alē refugit suū corruptiuū) claudit organa sc̄s⁹ audit⁹:

sicut et homo contra aliquē terribilē sonū apponit subito et quasi sine deliberatōe manus suas ad aures ne audiat sonū illū. predicta autē imutatio que fit in corpore serpētis ad verba icātatoris nō fit vtu te verboꝝ. qua autē virtute fiat: dicit in sequētibus. et sic patz q̄nta ppō.

Sexta ppō.

Effectus mirabiles artis magice efficiūt ab intellectu separato magoꝝ operatōibus se imiscēte. Probat̄ primo quia magi in suis operatōibus vtūt̄ quibusdā vocibus significatis ad determinatos effectus pducēdos que quidē voces nichil aliud sunt q̄ quedam inuocationes / adiurationes / seu imperia quasi vnus ad alterū colloquētis. vnde aug. de ci. dei dicit. q̄ porphyrus vclut dicit̄ querit. vtrū in diuinatibus et quedā mira faciētibus aie sint potiores q̄ in aliis. An aliqui spūs extrinsecus veniāt: et potius venire eos extrinsecus arbitratur. spiritus autem separatus aut est bonus aut malus. Nō potest autem dici q̄ huiusmodi effectus qui sunt per artē magicā fiant p̄ bonos spiritus. primo quia non est boni spūs se familiarē exhibere sceleratis hoibns: aut prestare eis patrocinū in his que sunt p̄traria virtuti et veritati. huiusmodi autē artibus magicis vtūt̄ur vt frequenter hoies scelerati. plerūq; etiā homicidia et maleficia per eos pcurātur. nā secūdū iudicorū vii. li. et bimo. vtentes predictis artibus malefici vocā. quare manifestū est q̄ per spiritū bonū huiusmodi effectus artis magice nullomodo efficiuntur. Preterea. Spūs boni est ducere q̄rū in se ē ad veritatē. Sed in operibus magoꝝ multa plerūq; fiunt quibus hoies iudicātur / decipiūtur / et in errorem trahūtur. igit̄ per bonū spm̄ opa magica nō efficiūt.

ficiūt. Idē patz ex hoc qz nō ē spūs boni vt si sit superior: minor vel parti subdat. aut si sit inferior: vt sibi a superiore supplicationē fieri patiat. Sed magi necromatici i suis opatōibus iuocāt eos quoz auxiliō vtūt̄ supplicie q̄si superiores. Cū autē venerit / iperāt eis q̄si inferioribus. vt p̄ libros acros et sacros illi⁹ artis. q̄re manifestū ē q̄ hmoi effect⁹ artis magice p̄ bonos spūs nō efficiūt. Reliq̄t̄ q̄ 7ē

Septia ppō.

Qz tales effect⁹ artis magice fiūt p̄ malignos spiritus quos nos demones vocam⁹. hoc expresse dicit aug. iii. de tri. Per demones iquit magice artes possunt quicquid possūt / nec possūt valere aliquid nisi data desup potestate. datur autem vel ad fallēdum fallaces sicut egyptios: et i ipsos magos data est: vt in eoz spirituum operatione viderentur admirandi: a quibus fuerāt dammandi. Ex quo repellitur error gentium qui huiusmodi opationes diis bonis attribebāt / contra quod dicit aug. li. 84. q. Deus per semetipsū neminē decipit: sed per talē angelū qui p̄ suuolūtatis peruersitate / vel ad viciā pctōꝝ / vel ad exercitatōez eoz qui scōz deū nascūtur ordinat. et idē xi. sup gene: ad litterā. q̄ eni inquit putāt auidē serpētes vel itelligere verba magoꝝ id ē incātatorū vt eis icātātib⁹ exiliāt plerūq; de latebris / i illis vis diaboli opat. et libdit infra. gaudēt eni demōes hāc ptatē sibi dari vt ad incantatōes hoim serpētes moucāt / vt quolibz modo fallāt quo possūt.

Octaua ppositio.

fascinatricis suo aspectu maliuolo imutare possūt ifanciū tenerrīa corpa. et vsq; ad grauē ifirmitatē ea q̄nq; alterare. hāc ppositionē pbat auicenna qz substātus sepatis multo magis obedit materia cor-

poralis ad pductionē alicui⁹ effect⁹ q̄ q̄litatez ac
tius 7 passius ī nāta. Nā ad ap̄hēsiōez sbāz sepa-
tarū sūt multa ī istis iferioribz p̄ter cursū corpōz
celestiū 7 alioz nāc alū agētū. qd̄ p̄ de aia q̄ si fue-
rit fortis ī sua ap̄hēsiōe imutat corp⁹ pp̄ū. sicut ex
sola ymaginatōe aie corp⁹ calefcit: vt p̄ in p̄cupiscē-
tibus 7 irascētibz. vel etiā frigescit sicut p̄tigit in ti-
mētib⁹. icurrit etiā q̄nq̄ ex hoc febrē aut aliquā a-
liā egritudinē. 7 p̄ hūc mod̄ dicit q̄ si aia p̄iūcta cor-
pori fuerit depurata a vicis: et fuerit fortis in sua
ap̄hēsiōe q̄ tūc obedit ei: nō solū corp⁹ pp̄ū s̄z etiā
corpa alioz. hic est scōz eū q̄ aliqui facti viri op̄at
multa mira p̄ter solitū cursū nāc: ita q̄ ad eoz ap̄-
hēsiōez sanāc q̄nq̄ ifirm⁹ vel aliqd̄ h̄mōi. Et p̄similē
dicit q̄ si aia fuerit sedata vicis 7 hūerit fortē ap̄hē-
sionē ī malicia obedit ei mātia corpis alieni ad trās-
mutatōez: p̄cipue in illis ī quib⁹ mātia ē apta ad re-
ceptōez ip̄sionū sicut p̄tigit in ifātibz pp̄ teneritu-
dinē carnis. sicut cera mollis facile recipit ip̄sionē
sigilli. Et istā posuit auicēna eāz fascinatōis. Nā ex
forti ap̄hēsiōe vetulaz obstinataz ī malicia imutat
corp⁹ infātis ad infirmitatē vel ad aliquā passionē.
Sed ista rō auicēne nō valet: nec in se nec in p̄firma-
tione p̄ exēplū qd̄ adducit. In se quidē. qz scōz aug.
materia corpalis nō obedit āgelis nec multo minus
aiabz ad nutū q̄tū ad corpālē trāsmutatōez: s̄z soli
deo. exēplū aut̄ qd̄ adducit p̄ p̄firmatiōe nō valz p̄
pter duo. primo qd̄. qm̄ ex sola ap̄hēsiōe aut yma-
ginatōe aie p̄iūcte nō sequit̄ aliq̄ mutatio corpis: ni-
si illi ap̄hēsiōi fuerit adiūcta aliq̄ affectio: puta gan-
diū vel timoris p̄cupiscētie aut ire aut alē⁹ passōis
per quas variat̄ mot⁹ cordis: 7 etiā spiritūū p̄cedē-
tū a corde. ex quib⁹ quidē spiritibz: vel retractis ad
cor p̄ passionē tioris: vel diffusis ad mēbra p̄ passio-

nē gaudiū sequit̄ alteratio aliq̄ ī corde q̄ p̄t eē causa
ifirmitatis / si mātia sit disposita. Scōo qz ma:oz est
colligātia aie ad corp⁹ suū q̄ ad corpa alioz. 7 quia
imutatio corpalis ē p̄ p̄tactū: magis est natū corp⁹
pp̄iū trāsmutari ex ap̄hēsiōe aie q̄ corpa alioz.
Dicēdū ē igit̄ q̄ trāsmutatio corpis q̄ fit p̄ fascina-
tionē nō p̄uenit ex hoc q̄ ymaginatio vel ap̄hēsiō
vni⁹ aie imutet immediate corp⁹ alē⁹ hois. S̄z ex hoc
q̄ mediāte motu cordis 7 spūū (vt dictū ē) imutat
corp⁹ pp̄iū p̄iūctū q̄ qd̄ imutatō spūū maxie ificit
oculos. oculi aut̄ ifecti ificiūt mediū. mediū aut̄ in-
fectū ificit corp⁹ p̄spectū si sūt facile imutabile. sic
videm⁹ q̄ ocul⁹ mēstruate ificit speculū p̄cipue si
sit nouū. vt hētur in. li. de sōno 7 vi. Sic igit̄ ex forti
a p̄hēsiōe alicui⁹ vetule ī malicia idurate imutat̄ mo-
tus cordis 7 spūūz. q̄ quidē imutatio p̄ueniēs ad o-
culos ificit ip̄os. oculi aut̄ ifecti ificiūt vicinū acrem.
aer aut̄ ifect⁹ ificit corp⁹ ifātis. pp̄ e⁹ teneritatē. 7
ita ad maluolū aspectū vetulaz ificat̄ modo p̄dicto
ifās 7 fascinat̄: ita q̄ cibū euomat; 7 ifirmitatē icur-
rat.

Nona pp̄o.

Tāta vtute demōes corpālibz rebz p̄sūt vt possit
dō p̄mutēte elemta p̄mouē mare p̄citarē / mōtes 7 col-
les destruere / arbores herbasq̄ desiccare / bzutoz cor-
pora atq̄ hoīz subitrare / vexatōes ifirmitates 7 mor-
tē ip̄az p̄curare. Probat̄ pp̄o. qz corpalia obediūt
demōibz quo ad motū locale. vt p̄ p̄ aug. 3. de tri.
S̄z p̄cā possūt fieri p̄ trāsmutatōez locale rez cor-
poraliū. p̄ de ifirmitate 7 morte de quibz m⁹ videt̄
cū ei sanitas p̄sistat ip̄ueniēti dispositōe 7 adq̄tiōe
hūoz: possūt demōes p̄mouere hūores copis 7 vio-
lenter exagitare: ad qd̄ sequet̄ p̄turbatio sanitatis /
dolor / infirmitas / aut corpālis vexatio. sicut de saul
rege vexato diabolo legitur primo regum. xvi.

spiritus nequā exagitabat eū. erat autē ista agita-
tio interior vehemens commotio. patet etiā de stimulo
carnis paulo dato. ii. ad cor. xii. vbi dicit glo. aug.
dolore quodā corporis traditur apostol⁹ vehemēter
exagitatus. patet insup luce xii. de muliere detenta
in infirmitate annos decē et viii. a qua dñs spiritū
infirmitatis eiecit. potest igitur demō repatōes gra-
uissimas causare ad quas deo permittente sequetur
mors. Potest etiā demō ab extrinseco violentias in-
ferre. vt patet de septem viris sarre. thobie. in. quos
asmode⁹ interfecit. Et de iob paciētissimo qui satba-
ne potestatem in rebus secundis et corpore expertus
spiritu scō edoctus ait non est potestas sup terram
que valeat ei cōpari. et sic patet veritas ppōis.

Ex his infer⁹ q demō ppria nature potestate i-
terius et exteri⁹ potest hoies variis illusionib⁹ de-
cipere. pbatio pūne ptis / qz ea que ex motu loqua-
li aliquoz corpoꝝ causari possūt / naturali v̄tuti de-
monū subsunt. vt ex supradictis p̄s. Sed apparitio-
nes imaginarie causant̄ interdū in nobis p opatio-
nem nature ex loquali mutatioe corporalū humoꝝ
et spiritūū. vt dicit philosophus in libro de somno et
vigilia vbi ostendit causā apparitiōis somnoꝝ dicens.
qz cū aīal dormit descēdētē plīmo sanguine ad prin-
cipū sensitiuū simul descēdūt in spiritu aīali īpres-
siones relictę ex sensibiliū motionibus: que in spiri-
tibus sensibilibus p̄seruant̄. et mouent principū sen-
sitiuū apprehēsiuū: ita qz aliq apparēt ac si tūc p̄ci-
piū sensitiuū a rebus ip̄is exteriorib⁹ imutaret. Tā-
ta etiā potest esse motio hoz spiritūū et humoꝝ qz
nō solū dormiētibus sed etiā vigiliātibus huiusmodi

apparitiones fient sicut cōtigit in freneticis arrip-
ticiis et vehemēter studētibus. igitur apparitiōes
imaginarie poterūt fieri in hoie p demones humoꝝ et
spiritus interiores cōmouentes ad quod sequi
varia ordinatio fantasmatū vt varias rep̄tationes
faciāt eis quos decipere cupiūt. et qz tunc aīa puer-
tū ad huiusmodi silitudies sicut ad res: videt homi-
qz sit cquus oppressus onere quēadmodū videbatur
pzi ipsius pstantū se fuisse caballū et ānonā cū aliis
bestiis portasse vt recitat aug⁹ xviii. de. ci. di. et dicit
ibi aug⁹ qz ita in ventū est. qd est intelligendū qz p̄-
stantū et alii (quos ibi recitat aug⁹ p magas mul-
eres fuisse pversos in iumenta bonera portancia) fā-
taflice solū fuerūt pversū in iumēta: s portatioi p̄a-
onerū fuit vera: non quidē facta p homies sed p de-
mones. Sic etiā videt aliquib⁹ qz transferant de loco
ad locū cū societate magna. vnde qdā muliercule
inseruentes sathane demonū illusionib⁹ seducte: cre-
dunt se et p̄fitent nocturnis horis cū diana pagano-
rū dea in magna muliez multitudie equitare. et alia
nephanda agere puta puulos a latere matrū accipe-
re assare et comedere: domos p caminos seu fenestras
intrare. et habitantes variis modis inq̄tare que oīa
et p̄silia aliquādo solū fantastice accidūt eis. Unde
aug⁹. vii. sup gene. ad litterā. illa inquit que ferun-
tur accidisse vt quidam recordarentur se in quozun-
dam animalū corporibus fuisse: aut falsa facta nar-
rantur: aut ludificationibus demonū hoc in eozum
animus factū est. Si enī contingit vt quis in somnis
fallaci memoria recordetur se aliquid fuisse qd non
fuit: aut fecisse quod non egit. quid mirum si quodā

dei iusto occultoq; iudicio sinant demones etiā i cor
dibus hoim vigilantū tale aliqd posse. Idē videt so
nare caplm̄ illud. xxvi. q. v. epi. vbi habet. q; mulier
cule ille que dicit se ductas ad loca remota imagi
narie tantū ducunt. et est illa ābulatio i imaginatōe
et non in gressu pedū. istud tamē decretū videt red
dere maleficos audaciores: qd introducendū alios
in suā sectam; iudices ecclē ad inquirendū de male
ficis remissiores; 7 sic videtur parare viā ad cultum
idolatrie; propter quod dicendū q; decretū illud fu
it sumptū ex concilio quodā pticulari; 7 non ex ali
quo quatuor concilioꝝ generalīū. 7 ideo non fulciē
tanta auctoritate sicut alia plurima decreta. Videt
etiā leuitate quadā fuisse factum. quod patet in exē
plo ezechielis quod adducit ad probandū q; depor
tatio illaz mulierū fiat solum in fantasia; 7 nō realī
vbi sic habetur. quis vero tam stultus 7 hebes sit;
qui hec omnia que in solo spiritu hūt; etiā in corpore
accidere arbitretur; cū ezechiel propheta visiones
que dñi sunt in spiritu non in corpore viderit; sicut
ipse dicit. statim inquit fui in spiritu. q; si ezechiel
existēs in chaldaea dicit se fuisse in spū in iherl̄m; hoc
non probat intentum nisi adderetur q; ezechiel non
potuit ibi esse presens; nisi in spū 7 non in corpore;
quod falsum est. nam 7 abacuc a iudea in chaldaea
confesti translatus est. danielis xiiii. verūtāmē pro
reuerētia sacri voluminis dicendū q; si capitulū illd
epi. intelligatur/depotationes 7 apparitiones illaz
mulierū aliqn̄ fore imaginarias solum; non negan
do quin possint esse vere 7 reales. 7 quin aliqn̄ sunt

predictū cplm̄ est tant o volumie dignū. si vero intel
ligatur tales depotationes non posse aliter q; ima
ginarie fieri; dictis sacre scripture maifeste repugnat
Et quod subditur i illo capitulo. q; qui talia credit
infidelis est 7 pagano deterior. hoc intelligit de his
qui credūt diunos cultus diane; aut herodiadi debe
re exhiberi; sicut ille mulieres credebant. Sed quid
de quibusdā vetulis; que se in raptu dicunt videre
aias purgatoru. et plura alia ut furta; 7 res pditas;
quaz pedes protūc adusti nō sentiūt ignē. Dicendū
q; demō fantasmata i imaginatiōe eaz tantū irēdit;
ut extra nichil sentiāt. Exemplū de habētibus mor
bū caducū qui etiā adustionē non sentiūt in infirmi
tate sua; quia interioribus passionib; pressit; extra nō
sentiūt ignē. Aug⁹ etiam de ci. dei. recitat de quodā
qui ad modicum alicuius gemitū se adeo ad interio
ra puertere poterat ut nec voces nec pūcturas nec
bellicātes fetiret. imo tāq; i defūcto nullus anelitus
senciebatur. Sed vnde est q; femine in maiori
multitudine reperuntur supersticiose et malefice q;
viri. Respōdeo q; triplici ratione. primo q; prone
sunt ad credendum. fidē autē malam demon picipa
liter querit. vnde ecclesiastica decimonono: qui cito
credit leuis est corde; et minorabitur. Secundo
quia a natura (propter fluxibilitatē complexionis)
facilioris sunt impressiois ad reuelationes capien
das per impressionem separatorū spiritūū. Et gul
lermus parisiensis dicit. q; cum complexionē sua be
ne vtunē; multū bone sūt. cū vero male; peiores sūt.



Tercio quia linguā lubricam habent, et ea que ma-
la arte sciūt comparibus feminis uix celare possunt
seque occulte cum vires non habeāt: per maleficiam
dicare querunt. Unde ecclesiastici xxv. Cōmorari le-
oni ⁊ draconī plūs placebit: q̄ habitare cum mulie-
re nequā. Ex supradictis patet prima pars propo-
sitionis: videlicet q̄ demones interiori homines decipe-
re ⁊ illudere possūt. Secūda pars, scilicet q̄ exteri⁹
possunt illudere: patet primo ratione organi sensus
particularis exterioris: quod cū materiale sit potest
per demonē male disponi: ita vt videatur res aliter
esse q̄ sit: quēadmodum febricitantibus propter in-
dipositionem lingue: dulcia amara esse videntur. Ex
parte vero obiecti circūponendo aliqd̄ circa obiectū
sicut quando corpus album videtur mediante vi-
tro rubicūdo: illud albū videtur rubicundū, potest
etiam illudere quadā agitatione occultando quedā
⁊ alia ostendendo: sicut socij diomedis fuerunt subi-
to subtracti ⁊ ducti ad loca remotissima: et vere a-
ues insolite fuerunt ibi posite: que prope templum
diomedis multo tempore volauerunt ⁊ sic illudebā-
tur huī qui credebant socios diomedis in aues con-
uersos. alio modo potest illudere applicando res ali-
quas naturales quaz virtus est vt faciant apparere
res aliter q̄ sunt, sicut est herba quedā accēssa fumi-
guans que facit trabes apparere serpentes, potest
etiam in assumpto corpore illudere: sicut apparuit
lactuca momali, vt refert gregorius primo libro dia-
logorum, et sic patet propositio q̄ demones variis
illusionibus possunt homines illudere.

Iis mirabilibus effectibus magice artis, et
magna demonis potentia: paucis videri e-
stat. Cur ad vota nec romanticoꝝ / hydromā-
ticoꝝ / chiromanticoꝝ / augurum / aruspicum / fasci-
narioꝝ / phitomicoꝝ / alioꝝq̄ maleficoꝝ sua
sciencia extensissima, ac potestate q̄maxima parat⁹
assūtat: Dicēdū breuiter q̄ hoc prouenit quia demo-
nes inuadēt salutē hominū et ideo proni sunt ad nu-
triendū et trabendum eos in errorē, propter quod
secundū quod vidēt vnūquēque circa diuersa cu-
riose ⁊ superstitiose aliquid obseruātem ingerunt se-
sponte obseruationi eorum. Secūda ratio, quia
homines in signū subiectionis, et reuerentie deo ve-
ro sacrificia offerunt, ymnos canunt, inuocationes
prostrationes ⁊ alia huiusmodi ad cultum latrie per-
tinētia faciunt. Idcirco demones quoz supbia as-
cendit semper appetunt q̄maxime huiusmodi reue-
rentie signa sibi ab hominibus exhiberi, ⁊ ideo opa-
tionibus talia sibi exhibendum libentissime se immis-
cent.

Notandum secundo q̄ inuocare ex parte inuocā-
tis duo importat, primum est inuocantē credere ali-
cuius rei, vt pote / scientie / potentie / pecunie: seu rei
alterius se pati inopiam ⁊ defectum. Alterum est
credere illum defectum non fore sibi immobiliter af-
fixum quin valeat per aliquem liberari: quod in-
uocans desiderat. Ex parte inuocati importat alia
duo, primum est credere in ipso inuocato esse poten-
tiam ad liberandum inuocantem a tali defectu. Ad
Ro. x. quomodo inuocabunt eum in quem non cre-
b. i.

diderunt. Alterum est credere q̄ ille qui inuocatur / a tali adiutorio conferendo, si conferre voluerit; nullus poterit impedire. vel saltem est amicus ⁊ familiaris illius quem nullus potest impedire. Ex parte finis inuocationis. Importat duo. primum: q̄ credit inuocatum humiliationibus ⁊ obsecrationibus ad prestandū patrocinium inclinari. Alterum: q̄ inuocans talia facit: vt ab inuocato iuuetur. Huius notatis ponuntur quedam cōclusiones.

Prima conclusio.

Si demon inuocetur siue tacite siue expresse cum sacrificio ⁊ adoratione: si credit: ipse inuocans demonem fore deum a quo petit auxilium: talis inuocans: hereticus est. Patet: quia credere demonem fore omnium creatorem: hereticus est. ergo demonem inuocans ⁊ hoc credens: hereticus est. Consequentia patet / antecedens sit euidens: quia obuiat primo articulo fidei. et variis passibus sacri canonis vbi habetur demonem inuocatum habuisse deliquisse ⁊ i malo obstinatū remansisse / que de omnium creatore nephās est dicere.

Secunda conclusio.

Inuocans quouis modo demonem non credēs

eum esse deum. sed dei amicum ⁊ charum. et ideo ipsum inuocat: vt cum deo quod petit sibi obtineat / talis inuocans: hereticus est. patet: quia credere demonem non esse in culpa obstinatū: hereticus est. ergo credēs ipsum fore deo charum ⁊ amicum: hereticus est. Consequentia claret. et antecedens patet quia in multis passibus sacre scripture habetur: q̄ diabolus est obstinatus. Ut patet apocalicis duodecimo et tredecimo. Et extra de summa trinitate et fide catholica capitulo primo.

Tercia conclusio.

Inuocās demonē ⁊ nō credēs ipsum esse deū aut dei amicum imo in malo obstinatū / credat tamen ipsum inuocare non esse peccatum / aut saltem non graue peccatum: hereticus est. patet quia in multis sacre scripture locis habetur: q̄ demones inuocare consulere / vel aliquid ab eis expetere: graue peccatum est. Unde deu. xx. anima que declinauerit ad magos ⁊ ariolos: interficiam illam de medio populi mei. Item quia in omni inuocatione demonis fit pactum cum eo. qui cum verum aliquando dicit: hoc facit / vt assuefaciat ad hoc vt ei credatur.

Quarta conclusio.

b.ii.

Inuocans demonem tacite vel expresse non credens ipsum fore deū nec dei amicum. sed potius in malo obstinatum. 7 q̄ inuocando grauitur peccat. sed hoc facit vt quod optat a demone optineat. talis in re hereticus non est. licet pro heretico sit habendus. Probatur prima pars. quia talis non discit corde a fide. Igitur hereticus non est. Secunda pars patet. quia ecclesia iudicat de interioribus per exteriora.

Quinta conclusio.

Petens a demone inuocato ea que excedunt demonis potentiam: inuocans tamen credit demonem ista posse: puta mortuum suscitare (vt saul videbat credere posse phitoniam facere) talis inuocans sic petens 7 credens hereticus est. patet. quia credere alium a deo a se posse facere que pertinent precise ad diuinū posse. heresis est: quia tunc alius a deo non foret. sed deus ipse foret. ergo hoc a demone petens 7 sic credens hereticus est. antecedens 7 consequentia ex se patent.

Sexta conclusio.

Petens a demone ea q̄ sūt contra hūanū arbitriū libertatem. vt q̄ cogat mulierem ad consentiendum libidinosi hominis voluntati. vel ad aliqd̄ super quo habet dominū sui actus faciendi vel non faciendi. 7 credat inuocans demonem ista posse. hereticus est.

Patet. nam credere liberum arbitrium hominis a demone posse cogi: est heresis. quia directe obuiat

dictis sacre scripture. Dicitur enim ecclesiastici xv. Deus ab initio constituit hominem / 7 reliquit eum in manu consilii sui. Et genesis x. sub te erit appetitus tuus: 7 tu dominaberis illi. Et ad Romanos. viii. scio q̄ neq̄ angeli / neq̄ principatus / neq̄ potestates poterunt me separare a charitate.

Septima conclusio.

Petens a demone ea que non excedunt eius potentiam. vt puta: ligare virum / ne carnaliter vxorem cognoscat / aut q̄ domū alicuius euertat / 7 credit demonem talia posse / etiam si non sit permissus a deo. talis inuocans 7 petens: hereticus est. patet quia talis de primo articulo fidei (quia de dei omni potentia) male sentit: ergo hereticus ē. Vale etiam sentit de sacra scriptura: quia hominem percutere / ignem immittere / ventum commouere / et domum euertere. secundum beatum augustinum et recitat xxvi. q. v. c. Nec mirum. non excedunt naturalem demonis potestatem. et tamen ista non egit sathan contra beatum iob: nisi a deo permissus et licentia tus. vt patet iob primo. Patet etiam in magis pharaonis qui impediti a dño cinifes facere non poterunt. exodi octauo.

Octaua conclusio.

Inuocans demonē 7 petens ea q̄ excedūt demōis naturalē sciāz vt pote futura q̄ nō hnt causas deter b. iii.

minatas in natura / sed dependēt a dei vel hoīs vo-
luntate, vt quis bella geret, quis auaricie inseruiet /
quis gladio aut veneno pibit / quis dānabitur / aut
qn̄ extremi iudici dies erit / talia petens et credens
demonē ista scire: hereticus est. patet, quia scire pre-
dicta futura: est solus dei. ysa. xli. Adnunciare que
vētura sunt infuturū, et sciemus quia dū estis vos.
Et actū primo. Non est vestrū nosse tēpora vel mo-
menta que pater posuit in sua potestate. Ex hoc pz
error genetalia coz: qui ex die natiuitatis fortunam
hominis ac successum, etiam in singulis actibus pre-
nūtiare se posse iactant / quos irridēs iuuenalis ait.
Si purit̄ factus ocelli āgulus / inspecta genesi colly-
ria poscit. Nec obstat si astrologi de talibus sepius
vera predicunt: quia vt plurimū hoies passioēs pris
sēsitue sequuntur: scdm̄ quam astris subiciuntur, pa-
tet etiā error diuinātū per somnia futuros hominū
euentus a libero arbitrio dependētes.

Est tamē hic sciendū. Q̄ quedam sunt somnia q̄
sunt cause futuroz euentū. vt qn̄ ex his q̄ somni-
ans vidit mouetur postea in vigilia ad aliqd̄ agendū
aut vitandū, vt recitat galienus de quodā greco qui
sōmniat: q̄ si minueret̄ mē duos digitos sanaret̄. q̄
cū euigilasset fecit minui et sanat̄ est. Alia sūt sō-
nia que solū sunt: signa futuroz euentū et non cau-
sa: vt sunt illa que habent causam cōmunē eis, et fu-
turis euentibus: siue illa causa fuerit corporalis / si-
ue spiritalis. Corporalis quidem: vt quando ex im-
pressionē celestium corporum, et etiam aeris circun-

stantis immutatur corpus et imaginatio dormien-
tis / sic q̄ dormienti apparent aliquē visiones confor-
mes dipositioni corporum celestium et clementozū /
pzoxt sunt cause aliquorum euentuum futurozū,
sicut quando disponūtur elemēta ad serenitatē / vel
pluuiam / aut aliqua huius modi, apparent dormien-
ti aliq̄e fantasie conformes illi dipositioni. Unde
et bzuta animalia percipiunt frequenter futuros tē-
porum euentus serenitatis et pluuie ex circunstan-
tis aeris immutatōe. et ita dicit philosoph⁹, octauo
phisicoz q̄ a continente nos: sunt multe mutatio-
nes in nobis. Spiritalis autem causa somni est
quandoq̄ deus / quandoq̄ diabolus. Deus quidem
vt quando ministerio angelozum reuelat in somnis
aliqua futura: quozum ipse est futurus causa. secun-
dum illud numc. xi. si fuerit inter vos propheta do-
mini in visione apparebo ei: vel per somniū loquar
ad eum. Diabolus autem / vt quando ad deceptionē
hominum disponendo interius fantasinata / facit ap-
parere aliqua futura que ipse est facturus.

Alia sunt somnia que nec sunt cause futurorum
euentuum nec signa: sed sunt solum motus simula-
crozum, sicut sunt omnia illa somnia que causan-
tur in dormiente ex aliqua causa interiori: que du-
plex est animalis, s. et corporalis. animalis quidem
vt quando occurrunt homini dormiēti fantasinata
cōuenientia eis, circa que eius cogitatio vel locutio
fuit in vigilia immozata. Unde homines solliciti et
cogitatiui circa aliqua: frequenter somniant de
illis. Joco dicit macrobius super somnio scipione.
b. iiii.

Erroz q̄o vacina
m̄z hōis fortuna
p̄ siḡ n̄ales d̄ez

Sepe fit vt cogitationes sermonesq; nostri pa-
riant aliquid in somno / tale quale vigilans sepiissime
solebat agitare: vel loqui. ppter qđ claudian⁹ dicit.
Oia que sensu voluūt vota diurno pectore sopito
reddit amica quis. venator defesta thoro cū mēbra
reponit / mens tamen ad silvas / et sua lustra reddit.

Corporalis autem / sicut quandoq; ex aliqua in-
teriozi dispositiōe corporis formatur aliquis motus
in fantasia dormientis conueniens illi corporali dis-
positioni. sicut homini qui habundat in frigidis hu-
moribus occurrit i somno fantasiatio qđ sit in niue /
vel in aqua. propter quod medici dicūt intendendū
esse somnium ad cognoscendum interiores hominis
dispositiones. Ad hunc etiam modum reducun-
tur omnia somnia sequentia complexionis hominū
sicut colerici somniant ignea 7 agilia. vnde somniāt
aquatica. vt qđ sint in aqua vel niue. et melanchoni-
ci somniant nigra 7 discolorata. sanguinei vero leta

Ad hunc etiam modum reducuntur omnia som-
nia que secuntur naturas ciborum. nam quod com-
plexio facit per naturam: hec cibi faciunt per acci-
dens. Ad hunc etiam modum reducuntur omnia
somnia que sequuntur appetitum hominis 7 affectio-
nem. sicut auarus somniat de auro 7 argento. fame-
licus de cibo. studiosus de lectione 7 disputatiōibz
et sic de aliis. Ad hunc etiam modum reducunt
omnia somnia sequentia naturas 7 conditiones in-
firmitatum. tales tamen cause somniorum non sunt
cause futurorum euentū sicut prime. Unde hu-

iufmodi somnia per accidens se habent ad futuros
euentus. et si quandoq; simul concurrant. hoc erit
casuale 7 fortuitum. Si quis ergo vtatur som-
nium ad precognoscenda futura secundum qđ somnia
procedunt ex reuelatione diuina. vel ex causa natu-
rali intrinseca vel extrinseca quantū potest virtus
talis se extendere. non erit diuinitio illicita. Si
autem huiusmodi diuinitio causetur a demone cū
quo pacta habentur expressa (cum ad hoc inuocāt)
vel tacita. tunc erit illicita 7 superficiosa.

Et qđ de magis geomāticis / ydromāticis / promā-
ticis / chizomāticis / et aliis diuinatoribus consimili-
bus qui ex protractionibus punctorum factis si-
ne deliberatione: et ex proiectione plumbi liquefacti
in aqua: aut ex aliis huiusmodi vanitatibus futura
prenuntiare videntur. Dicendum qđ prenūciationes
que fiunt ex talibus signis: originem habent a demo-
ne: qui se imiscet descriptionibus punctoz et aliis
superficiofis obseruāciis. et eius operatione dispo-
nuntur predicti motus preter deliberationem existē-
tes secundum qđ congruit dispositioni futurorum e-
uentuum. eorum quidem quos naturaliter ipse cog-
noscit

Nonā conclusio.

Si petantur a demone pronuntari certitudi-
naliter futura que habent causas determinatas in
natura / non de necessitate producentes / sed et in plu-
ribus et frequenter / vt predicere si pluuie / siccitates
aut sterilitates erunt / et credat inuocans demonem

scire ista certitudinaliter euenire: talis hereticus est. patet quia talis certitudinaliter huiusmodi futuroꝝ cognitionem que pertinet soli deo / credit pertinere etiam creature / et per consequens creaturam fore deū / ergo sic credens: hereticus est.

Decima conclusio.

Si petantur a demone reuelari preterita / vel presentia nobis abscondita: demoni autem manifesta: et credat inuocans talia per demonem reuelata infallibiliter ita esse: sic credens: hereticus est. patet quia credere demonem uon fore mēdaci patrem / et uerum semper esse eius sermonem vel reuelationem: heresis est. quia repugnat sacre scripture. unde Jo. viii. habetur. ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit / cum loquitur mendacium ex proprio loquitur / quia mendax est. unde crisostomus super math. super illo uerbo quod dixit iesus demoni: obmutescite. Salutariferū iquit nobis dogma dāt / ne credamus demonibus quicumque denuncient ueritatem.

Et quia magi malefici / incantatores / et demonum inuocatores. talia multa de demonis potentia et scientia pertinaciter credunt: merito tales a christi fidelibus tanquam heretici sunt euitandi.

Ex supradictis infero quod artes magice que inuocationes demonum et pacta cum eis consulunt merito omni iure sunt prohibite. quia male et perturbatiue omnis policie. cuius oppositum tenuit preclare intelligentie uir magister et dominus nōssime uel

periatu / in simili actu dicens: quod studium magicarum arcium ualet ad salutem fidelium. Et quia probatio correlari mei est sui dicti confutatio. Probatur primo quod iure nature hec artes sint prohibite et male. quia nocere innocenti iure nature est uetitum. sed malefici magicis artibus plerumque nocent innocentibus. ut patet de fascinaris et aliis maleficis. ergo iure nature tales artes sunt prohibite. Quod iure diuino patet. Exodi xxii. maleficos non patieris uiuere. Et leui. xx. uir siue mulier in quibus phitonicus uel spiritus diuinationis fuerit morte moriantur / lapidibus obzuent eos: sanguis eorum sit super eos. unde propter hoc peccatum ochozias infirmus mortuus est: quarto Regum primo. et Saul primo paralipo. decimo.

Quod iure canonico: sint prohibite. patet quod diuinatoꝝ et maleficis oculis. Imponitur penitencia. xl. dier. extra de sortilegiis. ca. i. Si notori sint / eucharistia negat. de psecra. d. 2. p dilectione. Si sit clericus deponendus est / et in monasterio retrudendus. xxvi. q. v. Si quis episcopus.

Ubi sic habetur. Si quis episcopus / aut presbiter aut diaconus / uel quilibet de ordine clericorum / aruspices / aut incantatores / aut ariolos / aut certe augures / uel sortilegos / uel qui phitentem artem magicam / aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus: ab honore dignitatis sue suspensus monasterii curam excipiat: ubi penitentie perpetue deditus / scelus admissum sacrilegi soluat. Si laycus excommunicationem incurrit. xxvi. q. v. Si quis ariolos.

tales etiā infames sūt: et qui ad eos p̄currunt. vnde nec ad accusationē debēt admitti. n. q. viii. q̄sq̄nis.

Q̄ iure ciuili proibeatur. patet. quia insectatores earum debent mortis sup̄litis subiacere. Codice de maleficiis. l. nemo. l. culpa. 7 lege. multi. vbi sic hētū. Multi magicis artibz vsi elemēta turbare: vitas in fontiu labefactare nō dubitāt: 7 manibus accitis au dēt vētilare: vt quisque suos cōficiat malis artibz inimicos. hos qm̄ nature pegum sūt: feralis pestis absumat. Et le. duodeci tabular̄ p̄pene grauissime malefici sūt iposite. patet per tulliu libro de legibz. Poe te etiam sentiunt has artes esse vitandas. vnde virgilius. 4. eneidos. vbi dido sorozem sic alloquitur. Testor cara deos. et te germana tuumqz dulce caput magicas in vitam accingier artes. Nec valet dicere vt videtur. q̄ noticia istarum artium in se sit bona 7 vtilis. quanq̄ vsus earum sit perniciosus. quoniā xxvi. q. ii. habetur. q̄ christiana pietas condemnat mathematicas. etiam si vllum sacrificium vel vllc p̄ces ad aliquem spiritum dirigantur. Si autem dicatur q̄ studium istarum artium sit licituz ad eas consutandum 7 reprobandum. Hoc non placet (saluo meliori iudicio) p̄mo. quia per hoc retardarentur homines a studio vtiliorum artium. Secundo quia cum homines naturaliter scire desiderent. et ea magis que admirationem secum ferre videntur: vix esse non posset quin imbuti his perniciosis artibus experimento scire cupiant: mira illa que per eas fieri posse pollicentur. Et sic patet consutatio sui dicti.

*Impugnatio Andree
magice artis*

Ex quibus simul cum optima illi⁹ regni policia infero q̄ nec apud toletum / nec apud salamanticaz aut quamlibet aliam hesperie partem hac tempestate magice artes tollerantur.

Sed est sciendum q̄ iam olim apud salamanticaz urbem / idolum marmoreum in profundissima cauea positum colebatur: cui demon assistebat instruēs in huiusmodi artibus eos qui sibi certis pactis 7 inuocationibus subici volebant. qui p̄cēt tractum temporis in quibusdam effectibus admirabiles apparcbant. veruntamen non modo a diebus multis verum 7 ab annis antiquissimis cauea illa obstructa est 7 de super ecclesia fabricata. ydolum vero predictum ante ecclesiam in via publica a pertranseuntibus conculcatur adeo vt vix sculpture vestigium appareat. Et sic patet correlarium.

Et quia ea quibus magice artes acius sunt improbate ex christi doctrina sunt accepta. Infero finaliter q̄ christi doctrina fideles cunctos amagoz maleficiis purgantur. Quod est correlariū responsium ad questionem per sacre legis doctorem michi propositam. Cui atqz vobis diuinaz litterarum in terris arbitris dicta mea submitto corrigenda.

Explicit tractatus de magicis artibus 7 magoꝝ maleficiis impressus parisiis. Anno salutis n̄c. i 483.

*De canemula
salamantica nigro
maticoꝝ*

...que en el presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
se ha celebrado en la ciudad de Mexico en el mes de Mayo
del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
en el mes de Mayo del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres

...que en el presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
se ha celebrado en la ciudad de Mexico en el mes de Mayo
del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
en el mes de Mayo del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres

...que en el presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
se ha celebrado en la ciudad de Mexico en el mes de Mayo
del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
en el mes de Mayo del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres



...que en el presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
se ha celebrado en la ciudad de Mexico en el mes de Mayo
del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres
en el mes de Mayo del presente año de mil y seiscientos y noventa y tres





